

niani, a quo in custodia Constantinopoli applicatus, ad gratiam populi Romani revocatus, Siracusa defunctus et ad Sanctum Marcellum via Salaria sepultus est.

62. Pelagius primus natione Romanus ex patre Iohanne sedit a. 4. m. 10 d. 18, sepultus est in basilica b. Petri apostoli.

63. Iohannes tercus natione Romanus ex patre Anastasio sedit a. 12 m. 11 d. 26, fuit tempore Iustiniani et Maximi patricii, et in basilica b. Petri apostoli sepultus est.

64. Benedictus primus natione Romanus ex patre Bonifacio sedit a. 4 m. 1. d. 28, fuit tempore Iustiniani minoris et sepultus in basilica beati Petri apostoli in secretario.

65. Pelagius secundus natione Romanus ex patre Vigilio sedit a. 10 m. 2 d. 10, fuit tempore Tyberii augusti et sepultus est ad beatum Petrum apostolum. hic domum suam xenodochium fecit pauperum senum.

66. Gregorius primus natione Romanus ex patre Gordiano sedit a. 13 m. 3 d. 10, fuit tempore Mauricii et sepultus est in basilica b. Petri apostoli ante secretarium. hic domum suam confisit monasterium, et misit Mellitum et Augustum et Iohannem et alios cum eis monachos predicare Christum genti Anglorum et auert in canone diesque nostros in tua pace disponere et cetera, et fecit super corpus b. Petri missas celebrari similiter et in ecclesia b. Pauli.

67. Sabinianns natione Tuscus ex patre Bono sedit a. 1 m. 5 d. 9, sepultus est in basilica b. Petri apostoli.

68. Bonifacius tercus natione Romanus ex patre Iohanne sedit m. 8 d. 22, fuit tempore Phocis et sepultus est apud b. Petrum apostolum. hic domum suam fecit monasterium.

69. Bonifacius quartus natione Narusus ex patre Iohanne sedit a. 6 m. 13 d. 13, fuit tempore Phocis, apud quem optinuit, ut sedes apostolica caput esset ecclesiarum, quoniam Constantinopolitana ecclesia primam se omnium scribebat, et confisit eo vivente adhuc eligi supereritum, sed tercio die depositionis eius sepultus est in basilica b. Petri apostoli.

70. Deusdedit natione Romanus ex patre Stephano sedit a. 3 d. 29, sepultus est ad b. Petrum apostolum.

71. Bonifacius quintus natione Campanus de civitate Neapoli sedit a. 5 m. 10 d. 11, sepultus est ad b. Petrum apostolum. hic confisit, ut nullus trahatur de ecclesia et ut acolitus non presumat reliquias martyrum levare nisi quatuor, et in Lateranis acolitus non baptizet cum diaconis sed subdiaconi sequentes.

72. Honorius natione Campanus ex patre Petronio sedit an. 15 m. 11 d. 17, fuit tempore Eraclii imperatoris et sepultus est in basilica beati Petri apostoli. hic confisit ut omni sabbato exeat letania a beato Apollinari ad beatum Petrum apostolum cum ymnis et canticis, omni populo occurrere.

73. Severinus natione Romanus ex patre Abieno sedit m. 2 d. 4, fuit tempore Eraclii et sepultus est ad beatum Petrum.

74. Iohannes quartus natione Dalmata ex patre Venantio sedit a. 1 m. 8 d. 19, sepultus est ad beatum Petrum apostolum.

75. Theodorus primus natione Grecus ex patre Theodoro sedit a. 6 m. 5 d. 13, sepultus est ad beatum Petrum apostolum. Tunc Pirrus Constantinopolitanus episcopus ex Africa Romam veniens, qui fidem suam priscam libello in libro lecto dampnaverat, permissus est a Theodoro sacramenta in populo erogare, et cathedra ei posita, iuxta altare iussus est sedere, honorante eum ut regis civitatis episcopus; sed quia rediit ad heresim, dampnatus est ipse et continuo factus est eius successor Paulus.

76. Martinus natione Tuscus de civitate Turdentina sedit a. 6 m. 1 d. 26, fuit tempore Constantini et concilio 105 episcoporum Rome facto dampnavit Cirillum Alexandrinum, Sergium, Pirrum et Paulum, Constantinopolim exilio vitam finivit in loco qui dicitur Chersona.

77. Eugenius primus natione Romanus ex patre Rufino sedit a. 2 m. 9 d. 24. hic synodicam Petri Constantinopolitani episcopi sibi missam dampnavit, sepultus est ad b. Petrum apostolum.

78. Vitalianus natione ex Campania Signensi ex patre Anastasio sedit a. 14 m. 6, fuit tempore Constantini illius, qui in Sicilia perierat, sepultus est ad beatum Petrum apostolum.

79. Adeodatus natione Romanus ex patre Iovino monacho sedit a. 4 m. 2 d. 5, fuit tempore Constantini, sepultus est ad beatum Petrum apostolum.

80. Bonus natione Romanus ex patre Mauricio sedit a. 1 m. 5 d. 10, sepultus est ad b. Petrum apostolum. hic dum esset diaconus Augusti mense iugens stella per menses 3 a galli cantu surgens apparuit.

81. Agatho natione Siculus sedit a. 2 m. 5 d. 4, fuit tempore Constantini Constantinopoli convocatorum et sepultus est ad beatum Petrum apostolum. Tunc synodus Constantinopoli convocata est, Gregorii eius civitatis episcopi fidem catholicam recipiens, duas scilicet naturas, voluntates et operationes in Christo predicans.

82. Leo secundus natione Siculus ex patre Paulo sedit m. 10 d. 16 sepultus est ad b. Petrum apostolum. hic suscepit sextam synodum, nuper in regia urbe, presente Constantino habitum et residentibus clericis et episcopis Grece conscriptam, in qua Cirrus, Sergius, Honorius, Pirrus et Paulus nec non et Petrus Macharius Stephanusque et Policronius sunt dampnati.

83. Benedictus primus natione Romanus ex patre Iohanne sedit m. 10 d. 11, fuit tempore Iustiniani et sepultus est ad b. Petrum apostolum.

84. Iohannes quintus natione Sirus ex patre Cirriaco sedit a. 1 d. 9 fuit tempore Iustiniani et sepultus est ad b. Petrum apostolum. hic cum esset diaconus, missus est ab Agathone papa Constantinopolim cum aliis ad confirmationem sextae synodi, quam Constantini principis edicto munitam rediens detulit.

a, quo

a, nat